Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckinitiale

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

amico suo mittens fel suum ⁊ inebrians
ut aspiciat nuditatem eius. Repletus
es ignominia pro gloria. Bibe tu quoque ⁊ con-
sopire. Circumdabit te calix dextere domini
⁊ vomitus ignominie super gloriam tuam.
Quia iniquitas libani operiet te ⁊ va-
stitas animalium deterrebit eos de san-
guinibus hominum ⁊ iniquitate terre
civitatis ⁊ omnium habitantium in ea. Quid
prodest sculptile quia sculpsit illud fictor
eius conflatile ⁊ imaginem falsam.
quia speravit in figmento fictor eius ut
faceret simulachra muta. Ve qui dicit
ligno expergiscere. surge lapidi tacenti.
Numquid ipse docere poterit. Ecce iste co-
opertus est auro ⁊ argento ⁊ omnis spi-
ritus non est in visceribus eius. Dominus autem in tem-
plo sancto suo. sileat a facie eius omnis terra.
III
Domine audivi auditionem
tuam ⁊ timui. Domine opus tu-
um in medio annorum vivifica illud.
In medio annorum notum facies. cum iratus
fueris misericordie recordaberis. Deus ab austro
veniet ⁊ sanctus de monte pharan. Operuit
celos gloria eius ⁊ laudis eius plena est
terra. Splendor eius ut lux erit. cornua
in manibus eius. Ibi abscondita est
fortitudo eius. ante faciem eius ibit mors.
Egredietur dyabolus ante pedes eius.
Stetit ⁊ mensus est terram. Aspexit ⁊ dis-
solvit gentes. ⁊ contriti sunt montes seculi.
Incurvati sunt colles mundi. ab itine-
ribus eternitatis eius. Pro iniquitate vi-
di tentoria ethyopie. turbabuntur pel-
les terre madyan. Numquid in fluminibus ira-
tus es domine. aut in fluminibus furor tuus.
vel in mari indignatio tua. Qui ascen-
des super equos tuos. ⁊ quadrige tue
salvatio. Suscitans suscitabis arcum
tuum. iuramenta tribubus que locutus es.
Fluvios scindes terre. viderunt te aque
⁊ doluerunt montes. gurges aquarum
transiit. Dedit abyssus vocem suam.
altitudo manus suas levavit. Sol ⁊
luna steterunt in habitaculo suo. in luce
sagittarum tuarum ibunt. in splendore
fulgurantis haste tue. In fremitu
conculcabis terram. in furore obstupefa-
cies gentes. Egressus es in salutem popu-
li tui. in salutem cum christo tuo. Percus-
sisti caput de domo impii. denudasti
fundamentum usque ad collum. Male-
dixisti sceptris eius. capiti bellatorum
eius venientibus ut turbo ad dispergen-
dum me. Exultatio eorum sicut eius
qui devorat pauperem in abscondito.
Viam fecisti in mari equis tuis. in
luto aquarum multarum. Audivi ⁊ con-
turbatus est venter meus. a voce contre-
muerunt labia mea. Ingrediatur
putredo in ossibus meis. ⁊ subter me sca-
teat. ut requiescam in die tribulationis
mee. ut ascendam ad populum accinctum
nostrum. Ficus enim non florebit. ⁊ non erit ger-
men in vineis. Mentietur opus olive.
⁊ arva non afferent cibum. Abscidetur
de ovili pecus. ⁊ non erit armentum in pre-
sepibus. Ego autem in domino gaudebo. et
exultabo in deo ihesu meo. Deus dominus for-
titudo mea. et ponet pedes meos quasi
cervorum. Et super excelsa mea deducet
me victor in psalmis canentem.

Explicit Abacuc. Incipit prologus Sophonie.

Tradunt hebrei cuiuscumque
prophete pater aut a-
vus ponatur in titulo
ipsos quoque prophetas fuis-